









1680.

1. Bornius, Jacobus : De eo, quod justum est
circa destinationem.
2. Carpzovius, Aug. Bened. : De jure fiscali circa
bona ob dispensationem falsa professionem censum
in communi non cadentia.
3. Henricus, Thom. Regidius : De poena recalcitrationis
4. Hübnerus, Gottfr. Nicolaus : De expulsione con-
ductoris ante tempus
5. Menckius, Ludovicus : De homicidio, quae im-
putantur majestati in bello justo.
6. Neptius, Andreas : De testamento tempore pestis
condito.
7. Neptius, Andreas : De corruptionibus.
8. Philippus, Fredericus : De delegatione. 2 Tomi
9. Philippus, Fredericus : De falsariis in processu
lurrico.

1680.

10. Philippus, Fridericus : De iuribus circa cataverd
Romana
11. Philippus, Fridericus : De probatione de auditu
12. ^{9. 6. c} Philippus, Fridericus : De collegiis apofteum
3 Imp. 1680, 1717 - 1744.
13. Rechenberg, Adam : De Hermas Inorum metallor
argenteria
14. Schmidius, Johannes : De iure mjestatis circa
onera publica.
15. Schulz, Christianus : De consiliariis
16. Schreudenwaerfferus, Bartholomeus Leonhardus : De
tutela testamentaria
17. Schrecher, Joh. David : De iuris naturalis
immutabilitate
18. Ziken, Joh. Georgius : De abdicacione magistratus

Handwritten notes in the left margin, including fragments like "verh", "22", "lluy", "is", "c", "e", "1", "2", "3", "4", "5", "6", "7", "8", "9", "10", "11", "12", "13", "14", "15", "16", "17", "18", "19", "20", "21", "22", "23", "24", "25", "26", "27", "28", "29", "30", "31", "32", "33", "34", "35", "36", "37", "38", "39", "40", "41", "42", "43", "44", "45", "46", "47", "48", "49", "50", "51", "52", "53", "54", "55", "56", "57", "58", "59", "60", "61", "62", "63", "64", "65", "66", "67", "68", "69", "70", "71", "72", "73", "74", "75", "76", "77", "78", "79", "80", "81", "82", "83", "84", "85", "86", "87", "88", "89", "90", "91", "92", "93", "94", "95", "96", "97", "98", "99", "100".

ODI JUSTITIAM
SUBLATA
DESTINATIONEM
JACOB BORNH. JCTH.
SPAB



1680.

- 10. Philippus, Titianus : De iudicio circa reus
Romanus
- 11. Philippus, Titianus : De probatone. H. 1617
- 12. Philippus, Titianus : De iudicio in fine
3 Sept. 1617, 1717 1717
- 13. Redeburg, Hans : De Romanorum iudicio
cognitio
- 14. Schmitzer, Johann : De iure magistratus circa
curia publica.
- 15. Schult, Christian : De iudicio
- 16. Schultze, Christianus, Bartholomaeus : De iudicio
libels iudicioris
- 17. Schultze, Joh. David : De iure rebus
iudicioris
- 18. Schultze, Joh. Georgius : De iudicio magistratus

1619
 D
 C



DISSERTATIO JURIDICA 1680, 12^c
DE

COLLEGIIS
OPIFICUM

15
—

Von
Hünften der Handwercks-
Leute.

QVAM

SVB PRAESIDE

DOMINO

FRIDERICO PHILIPPO

LIPS. J. U. D.

IN ACADEMIA LIPSIENSI

PUBLICO ERVDITORVM DISQVISIONI

SVBJICIT

WOLFG. ABRAMVS SCHILLING

GRÜNBERGA MISN. N. P. C.

D. IX. SEPTEMBR. A. O. R. MDCLXXX

VITEMBERGAE

RECUSA ANNO cl^o lccc xxxiv.

6



5750

DISSERTATIO JURIDICA

COLLEGIUM
OPIFICUM

Imprimatur des Königl. Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

RITZEL CO. LEIPZIG

VERLAGS- UND DRUCKERIE



I. N. J.
PRAELOQVIVM.



um tanta sit Opificum neces-
sitas, ut ex iis Respublica
bene constituta simul pen-
dere perhibeatur; adeo-
que nulla fere Disciplina
est vel Scientia liberalis,
quæ circa OPIFICUM COLLEGIA quo-
que non sit occupata; Ideoque pro ratione
Studiorum Materiam hancce paucis deliba-
tam ibo. Ne autem illotis quasi manibus
rem ipsam aggrediar, Divinum Numen pro
favente sua Clementia & auxilio ex alto
præstando intimis ex cordis penetralibus
prece serâ adoro. Bene enim universa ge-
runtur & competenter, si rei principium
fiat, decens & amabile DEO, Secundum
effatum Sacratissimi Imperatoris Justiniani
in *Novel. 6. in Præfat.*

A 2

Tbes. 1.

Tbes. I.

DE COLLEGIIS OPIFICUM acturi nomi-
 num præcipue habebimus rationem. Duo au-
 tem potissimum hic consideranda veniunt vocabula :
 1.) *Collegium*, secundum enodationem Grammaticam
 a Colligendo s. Collectione hominum dictum. *Amod.*
Eckolt. ad Tit. ff. de Colleg. & Corpor. §. 1. Hac signifi-
 catione Collegas dicimus eos, qui simul habitant &
 quasi una se colligunt. *Gloss. in l. 1. ff. quod cuiusque*
univers. Gædd. ad L. 85. de V. S. n. 2. 2.) *Opificum* no-
 men quod attinet ex opera & facio combinatum esse
 putamus, cum *Sturm. in Lexic. verbo Opifex*, quod
 nec Jus nostrum Civile ignorat, uti apparet ex *l. 1. §. 7.*
ff. d. extraord. cognit. l. 5. §. 3. ff. novi opinum. l. 13. §. 6.
f. de usufr.

Tbes. II.

Synonyma & nomina vicaria occurrunt quam
 plurima, vocatur enim alias Collegium, Corpus,
Calvin. in Lexic. Jurid. verbo Collegium. Societas quæ-
 dam hominum *l. 1. ff. quod cuiusque univers.* Sodaliti-
 um *l. 1. ff. de Colleg. & Corp.* Universitas & Conven-
 tus *ab Innocent. C. 1. X. de Elect.* Sodalitas, *Calv. de l.*
vulgo eine Versammlung, Gesellschaft, Brüderv-
schaft, Zunft, Innung, Zeche, Gilden, quasi
Gelden &c. *Sturm. in Lexic. verbo Collegium Paul.*
Matth. Webnerus in Observat. Pract. verbo Zunft; Si-
 militer quoque vox Opificis nomina invenit æquivo-
 ca, parili enim sensu legitur Mechanicus *L. 2. de Col-*
leg. & Corpor. Artifex in L. 1. & tot. tit. C. de excus. artif.
L. 9.

L. 9. §. 4. ff. loc. & cond. atque ita accipitur vel generaliter & improprie, pro omni opera hominis, hinc bubulcus artifex nominatur *in alleg. L. 9.* vel specialiter & proprie atque tum iterum dupliciter 1) pro Studiis liberalibus, ut Grammaticæ Opificium l. 71. ff. *pro Socio.* 2) pro iis, qui artem legitime adeptam exercent, liberalibus tamen studiis dediti non sunt l. 1. §. 7. ff. *de extraord. cogn.* de quibus posterioribus sumus tantum in nostro themate solliciti & Germanis vocantur *Werkmeister, Werk- und Handwerks-Leute, Handwerker,* vid. Dn. *Seckendorff im teutschen Fürsten-Staat P. 2. c. 8. §. 9. n. 2.* Potuissem hic in verborum enodatione latius divagari, sed Lexicographis huncce laborem relinquo, ipso jure admonitus rerum potius, quam verborum habendam esse rationem, *arg. l. 17. ff. de Legib.*

Tbes. III.

Visa nominali definitione, veniendum nunc est ad *Realem*, quæ hujus est tenoris. Collegium Opificum est trium pluriumve Personarum ejusdem conditionis, professionis opificii, vel ordinis legitima Societas l. 1. §. tot. tit. ff. *de Colleg. & Corp. L. 1. ff. quod cujus univers. Nom. Argum. L. 137. ff. d. V. S. Dn. Andreas Cranius, Prof. in Acad. Julian in Dissert. de Collegiis Th. 14. Bodinus in Tract. de Republ. lib. 3. c. 7.*

Tbes. IV.

Collegia Opificum sunt vel licita vel illicita. Illa sunt trium pluriumve personarum consociatio legibus,

Senatus Consultis l. auctoritate Principis comprobata
l. 85. l. 173. pr. de V. S. puta Collegium Pistorum, Sar-
torum, Sutorum, aliorumque opificum. Eckolt. ad
tit. ff. d. Colleg. §. 2.

Tbes. V.

Subdividuntur *licita*, quod alia magis dicantur
 liberalia, alia dicantur minus liberalia, sensu nim. ver-
 borum rem subjectam ira indignantium, geschencfte
 und ungeschencfte Handwerck, de quibus legi potest
 in Recess. Imper. de An. 1548. Tit. von Handwercks-
 Söhnen vers. dieweil in den Heil. Röm. Reich. Nam
 liberalia suis membris ad quemcunque locum conve-
 nientibus liberalitatem mutuam exhibere solent, quæ
 inter connumerari audiui, das Handwerck der Kan-
 nen-giesser, Kammacher, Weiß-Gerber, Senc-
 ler, Buchbinder, Carduanmacher, Tuchscherer/
 Nadler, Kupfferschmiede, Sattler, Riemer, Töp-
 fer, Beutler, Hüther, Gürtler, Rothgiesser, &
 familia.

Tbes. VI.

Collegia illicita sunt trium pluriumve persona-
 rum ejusd. Conditionis absque legum & Principis
 Auctoritate Consociatio. *Arg. l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. ff. de*
Colleg. qualia Collegia recensentur in L. 2. ff. ad L. Jul.
de annon. L. 3. §. item ff. de feriis l. ff. de extraord. Co-
gnit. l. 1. C. de Carn. frument. urb. Roma. l. 5. l. 27. §. 20.
ff. ad L. Aquil. quibus nonnulli addunt Collegia Judæ-
orum L. 1. C. d. Judæis, quibus obloquitur l. 3. §. 3. ff. de

de Decur. L. ii. in pr. ad Leg. Corn. de Sicc. l. 15. §. 6. ff. de excuf. tut. sed pro conciliatione responderi potest, Judæos in jure nostro potius tolerari, quam approbati, ad eorum Collegia verius permiffa, quam omnino probata, l. fin. C. de Jud. Excell. Dn. Schwendend. ad Eckolt. in Tit. ff. de Colleg. §. 2. Brunnem. ad dict. l. 1. C. de Jud. n. 2.

Thes. VII.

Porro distingui solent Collegia in ea, quæ sunt determinata, & ea, quæ sunt indeterminata, illa nominamus, quæ certum & stativum, tam Magistrorum quam Discipulorum numerum habent, vel etiam pro angustia loci ultra hominum memoriam, certum & determinatum personarum numerum observarunt. Si tamen extraordinarie contingat, ut unus ordini accedat, eum Supernumerarium seu gratiæ Magistrum, Gnaden Meister, appellamus *l. 2. C. de Castrens. Lib. 12. ibique Brunnem. n. 2.* qui tamen immunitatibus omnibus non fruitur, licet pro se habeat Principis Rescriptum *L. un. C. de Collegiatis ubi Brunnem. n. 15.* Indeterminata contrario sunt, quæ neque Magistrorum neque Discipulorum taxam seu numerum præscriptum custodiverunt, sed pro lubitu coangustantur & amplificantur, uti quotidiana edocemur experientia.

Thes. VIII.

Generis loco propterea posuimus Societatem, quia inter Collegia, commune quoddam præsupponitur,

nitur, & illud tam necessario requiritur, ut ab illo nequaquam abesse possit. Quodcunque enim statuitur de Genere; statuitur quoque de specie; Inluit enim genus totum, in suam speciem. Jam vero de Societate, quam Genus Collegii fecimus, affirmatur, quod sine re communi esse non possit. Ergo quod opificum Collegium sine re communi esse non possit, æque dicentum erit. Hinc illud Genus convenientius accommodatur descriptioni nostræ, quam pro eo confociationem aut congregacionem hominum ponamus, prout erudite supra laudatus *Cranius* in *diss. sua de Collegiis* exposuit *Tb. XIV. & seqq.*

Thef. IX.

Collegii Opificum utilitas neminem fugere potest, cum luce meridiana clarius sit, quod per Collegia lites & controversiæ, quas civium congressus frequenter parere solent, non solum componantur, verum etiam penitus ex eorum animis evellantur, ut non inepte Collegia amicitia officinas appellamus. Hinc Numa Pompilius Rex Rom. II. urbem, ob continuas contentiones inquietam videns, alio nomine conjungebat hominum consortia, quæ suapte natura difficulter aliis misceri possint; Confregit enim corpora in particulas, divisitque populum secundum artificia, ita ut suum peculiare corpusculum haberent Tubicines, suum peculiare Aurifabri, Architecti, Tinctores, Sutores, Coriari, Fabri ferrarii, Figuli &c. *Teste Rosino in Antiquit. Rom. lib. 8.*

Thef. X.

Thef. X.

Jure itaque permiffa effe opificum Collegia non dubitamus, & quidem Jur. Divino Artifex in magno honore habebatur, *Es. C. III. v. 3. IV. Reg. Cap. XXIV. v. 14. & l. III. Reg. C. XIV. v. 1.* nec difpofitio Juris Civilis detrahitur Collegiis noftris, uti colligi licet *ex l. 1. ff. quod cujus univerf. nom. tot. tit. ff. d. Colleg. l. 1. C. de excuf. artif.* legibusque fupra allegatis; quibus adjungantur Jura Saxonica, vid. *Churtürfl. Sächf. Policey-Ordn. Tit. XXI. von Handwercken inſgemein, & Receff. Imp. de An. 1548. Tit. von Handwercken und Handwercks-Eöhnen in fine*, taceo Statuta, leges locales & mores de noftra materia difponentes. An vero Jus Can. de collegiis opificum difponere poſſit, non immerito hic diſquiritur? Qui affirmativam tenent, allegant *Cap. un. de Relig. dom. in 610.* Sed illis reponitur *l. 1. §. 1. ff. d. Colleg.* ubi Collegia religionis etiam caufa inſtituta, S^Cti, non Pontificis autoritate veniant confirmanda, ex quo textu concludimus, quod ſoli poteſtati ſeculari, non vero Eccleſiaſticae omnium Collegiorum confirmatio adſcribatur; Et ſi quandoque eandem Pontifex ſibi arrogare voluerit, ipſum contra fas & æquum peccaſſe & jurisdictionem ſpiritualem cum ſeculari turpiter miſcuiffiſſe, conſtat *Cran. dict. diſput. de Colleg. Tb. 2.*

Thef. XI.

Ex quibus facile colligitur, collegiorum ſocietatem non ex privata conjunctione conſtare poſſe, ſed ſummæ majeſtatis l. Magiſtratus autoritatem arque

B

con-

confirmationem insuper requiri ; Sic Romulus Collegium Augurum & Num. Pompilius Collegia opificum & Mercatorum instituerant, qui ultimus opificum membra sacrificiis solennibus epulisque stativis anni temporibus insimul obligat, *vid. l. 1. pr. & l. 3. §. 1. ff. de Colleg. Plutarcb. in Numa.* Cum vero Consulatum Romanorum ætate, multorum malevolorum hominum Collegia confluerent, conditum est Sctum L. Lucretio & C. Mario Consulibus; quo Collegia adversus rempubl. tendentia extirpabantur. Cæterum Clodius legem tulit, qua societates artificum a Num. Pomp. per supradictas LL. institutas, a legibus vero & Sctis iterum dissipatas, restituit, illarumque numerum auxit, *Cic. in Orat. Pison. pro Domo Corn.* Verum hæc Clodii Lex non diu vires habuit, sed Q. Cornelio Lentulo & Q. Cæcilio Metello, Consulibus apud Sctum condebatur, quo cavebatur, ut omnes solidates sub pœna vis publicæ, quæ jam collegiis illicitis proscripita legitur, *l. 2. ff. d. Colleg. & Corp. vel læsæ Majestatis, recederent. l. 1. §. 4. ff. d. Crim. Majestatis,* quod ultimum hodie intelligendum, quando ad rempublicam turbandam instituantur collegia *Brunn. ad d. L. 2. d. Colleg.*

Thef. XII.

Quod de Majestatica Collegiorum confirmatione modo diximus, etiam Romano-Germanici Imperii statibus recte accomodamus; illi etenim in locum Præsidum Provinciæ successere, qui olim Collegiorum confirmationem obtinebant, *l. 1. ff. de Colleg.* Accedit,

dit, quod unusquisque tantum habeat auctoritatem in suo territorio, quam Imperator in toto imperio; Quilibet enim in suo Regno, Rex dici potest. Sic *Philipp. Jul. Dux. Pomeran.* Compagnias Mercatorum Gryphiswaldensium confirmavit, teste *Steph. d. Jurisdic. Lib. 2. part. 2. Cap. 7. n. 20.*

Thef. XIII.

Subjectum Collegiorum opificum demonstrat personas, & quanquam Romanorum more ministeria servis ab ingenuis demandari solebant, *Bodin. de Republ. l. 3. n. 357.* propterea tamen minime ingenui homines ab exercitiis opificum excludendi veniunt, quod comprobatur *in l. 46. ff. de excus. tut.* ubi Pistorum Collegia a Tutela sunt immunia, dummodo per se pristinam exercent, ita & ingenuus sutoriam discibat; quem eluscaverat Magister *L. 5. §. Magister ff. ad Leg. Aquil.* quod minus dubium habet in orbe Christiano; ubi opifices ingenui & cives sunt atque in Republ. honores ambire possunt; Et ipsi Magistratus in suis diplomatibus & rescriptis Collegia Opificum singulari illo Epitheto ornant: *Ein Erbares Handwerk / eine Ehrsame Zunft /* *Daub. in Tr. d. Civit. inferior. Sax. Cap. 1.* Et sic in Collegio tam Masculini, quam Foemini sexus personæ possunt vivere, nam & filiis filiabusque in officio statim ab incunabilis parentibus suis inservire non interdicitur et inter jus liberorum connumeratur, quod Parentibus indeterminatis, intuitu discipulorum, collegiis filii discipulis non annumerentur, & insuper viduæ a Maritis prædefunctis collegium in se derivatum æque exercent.

Tbes. XIV.

Præterea in Nostri Collegiis inveniuntur Tyrones, Lehr-Jungen, *L. 1. C. de excus. artif.* quibus artis initia fideliter demonstrari debeat, & si petulantes reperiantur, Magistris levis eorum castigatio, dummodo fiat absque injuriæ nota permittitur *L. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil. L. 15. §. 38. ff. de injur.* De quibus quæritur, si aliquis alicui artificio se dederit, ut illo artificio instituatur, cum pacto, ut certos annos ap. ipsum permaneat, daß er die Lehrjahre ausstehe; Et si aufragiat intra definitum tempus, an de novo ad integrum spatium, an vero ad tot dies tantum, quibus abfuit, teneatur? Ob er wieder von neuen anfangen, oder zum wenigsten die Gesellen-Jahre ergängen sollet quod posterius affirmative decidit *Paul. Matth. Webner. in Observ. Pract. verbo Zunft, §. si artificei propter l. 14. §. 1. ff. de stat. lib. Rüdingerus Cent. 1. Obs. 46. licet consuetudo quorundam opificum contrarium observer, Besolt. in Tract. d. Jure Colleg. p. m. 56. Dn. Simon. de Jure Stat. cap. 2. n. 3. in fin.*

Tbes. XV.

Qui Tyrones, si rite impleverint annos, Discipuli seu Candidari alicujus Opificii efficiuntur, werden zu Handwerks-Gesellen gemacht, de quibus infra, & tum Magistros suos minime adigere possunt, quæ, qualia & quanta ad quotidianum cibum & potum suppedient. Politen Ordn. zu Frankfurt de Anno 1677. Tit. XXXVIII. Recess. Imper. de Anno 1548. Tit. von Handwerks-Gesellen, in fin. ex Candidatis denique

nique promoventur Magistri, qui partitionem recipiunt in Seniores ejusdem Collegii & Juniores, atque ita Subscriptiones, Collegii nomine, communiter formantur: Obere und jüngere Meister des Handwerks etc. Seniores etiam jurati nominantur geschworene, quorum convocatio & præsentia in quibusdam locis, ubi Civitatis civiumque nomine ocularis inspectio peragitur, necessaria habetur: Es muß durch die geschornen Gewerke besichtigt werden, atque tunc depositio eorum plenissimum facit testimonium *Capella de S. P. ll. c. 40. n. 14.*

Ihes. XVI.

Objectum sunt omnis generis opificia, quæ operas manuales simul requirunt, hinc ea sponte omnia Rudia liberalia & artes ingenii exclusas, & e contra intellectum cupimus, *Arg. l. 1. §. 7. ff. l. Extraord. Cognit.* Artificium Figulorum, Fabrorum, Murariorum, Ferrariorum, Carpentariorum, Lanionum, Sutorum, Sartorum, Opilionum, Balneatorum, Bibliopegarum, Aurifabrorum, Arculariorum, Viatorum, Scriuariorum, Ephippiariorum, Frenariorum, Restionum & horum similibus, modo Affeclæ legitime in Collegia prius adoptentur aut a Principe, quod tamen raro accidit, Rescripto suo approbentur. *Arg. l. 7. C. d. incol.* Alias enim Spurii & illegitimi, qui ad opificium non legitimis rationibus pervenerunt, & Clancularii, die Pfscher und Stöhrer appellantur. *Schepliz. ad Constit. March. 4. Tit. XVI. §. 2.* non admittuntur, sed ubicunque inveniuntur, a Magistris

gistris ordinariis accusantur & tolluntur, sie werden aufgetrieben und aufgehoben, quod convenit *Ord. Polit. Sax. de Ao. 161. Tit. XXI. §. 1. ibi*, die unzüfftigen Stöhrer sollen abgeschaffet werden, & ab Elect. Brandenb. in suis Ditionibus approbatum, legitur ap. *Schepliz. d. l. n. 2. ex Arg. l. 2. ff. de Colleg.*

Thef. XVII.

Nunc sequitur, quomodo Opifices Collegia sua consequantur, & non dubitandum, quin Collegæ fiant allectione, quando alicui jus Collegii conceditur, quod ut rite fiat, requiritur (1) ut illi, qui a Collegio adoptari cupiunt, nullum habeant natalium vitium. *Arg. l. 3. §. 2. ff. de Decurion.* Superstitiosa Artificum enim cohors, nimium honestati studere videtur, dum in opificiis nihil omnino quod paululum inhonestatis sive dedecoris redolet, tolerare vult, ut exinde enarum sit: Es müssen die Nemyter und Zünffte so reine seyn, als wenn sie eine Taube gelesen hätte. *Carpz. Decis. 192. n. 1. & seqq.* quo circa excluduntur ab opificiis filii naturales & Spurii. *Habn. ad Wesenb. ad Tit. de his qui sui vel alien. jur. §. aut per oblationem Myns. Cent. 4. obs. 31.* Unde fieri solet, ut in primo limine, quando pueri in disciplinam dantur, statim natalium literas exhibeant, quo spectat clausula illa, daß sie aus einem reinen teutschen Ehebette, echt, ehrlich und recht, guter teutscher nation und Zungen gezeuget, und auf diese Welt geböhren seyn, vitium tamen illegitimorum purgari potest, legitimacione non solum per subsequens matrimonium, sed etiam per

per Rescriptum Principis, quando princeps natales I. immediate vel mediate per Comites Palatinos, qui & propriis spuriis ante dignitatem natis recte *arg. l. 3. § l. 4. ff. de adopt. § l. 5. ff. d. man. vind. vid. Eckolt. ad tit. ff. de his qui sui l. alien. jur. Bachov. ad Tr. V. 2. D. eb. 6. g. Dissert. Lander. Ex. 2. tb. 7. lit. b. restituit. Carpzov. Part. 2. Const. 6. Def. 16. § Part. 3. Const. 11. Def. 13. Richter Decis. 80. n. 17. non obstat textus in Landr. libr. 1. art. 36. Responzionem vide ap. Dn. Simon. de Jure Stat. cap. 2. n. 2. Et quoniam prioris generis legitimati, per omnia pro legitimis habentur. *L. 10. in fine L. 11. C. de Natural. lib.* Sie werden vor ehelich gebohene Leibes-Erben gehalten, in feudo quoque succedere possunt. *Struv. in suo J. Feud. p. m. 305. Carpz. Decis. 236. non obs. 2. F. 26. § naturales.* Quibus legitimatis minime annumerantur Præcoces, die Frühslinge, i. e. qui ante matrimonium concepti & in matrimonio geniti sunt. *l. n. C. d. natal. libr. Eckolt. ad tit. ff. de his qui sui l. al. jur. §. 21.* quippe qui, una cum iis, ab initio septimi mensis, post nuptias contractas, *L. 12. ff. d. Statut. bom. ibique Brunnem.* vel ab initio undecimi mensis mortuo jam conjuge *Carpz. p. 4 C. 27. Def. 15.* natis, pro vere legitimis & nulla macula laborantibus, habentur *Richter Decis. 80. n. 18. Dn. Pincf. d. Literis Natalit. cap. 3. ubi plura.* Ex eadem ratione ad officia vocamus eos, quorum parentes ex errore nuptias incestuosas contraxerunt, *Carpzov. P. 2. Const. 6. Def. 13.* quod etiam etiam de liberis, post Sponsalia, legitime tamen & publice contracta, editis affirmandum duximus; quia instar legitimorum, ad successionem parentum & privilegiorum com-
moda*

moda iustis ex nuptiis liberis debita, admittuntur. *Arg. Decif. 49. ibique Dn. Philipp. obs. 2. n. 33. & seqq. Nov. 89. cap. 8. in fin. Struv. in Synt. Jur. Feud. cap. 9. apbor. 3. n. 13. Carpz. de Const. 6. D. 13. Habn. in Not. ad Wesenb. tit. de bis qui not. infam. n. 2. ibique præjudicium.*

Thef. XVIII.

Non sicco pede prætereunda hic est quæstio; an infantes expositi, die Findlinge, ad Collegia Opificum recipi debeant? & quamvis in dubio pro legitime natis habeantur, *D. Simon. d. l.* tamen si statutum unius alterusve opificii præcisè productionem natalitiarum literarum requirit, illos excludendos esse, non ambigitur. *Speidel. verb. Handwerck n. 41. p. m. 570.* quod idem statuendum esse putamus, de iis, qui literas nativitatis obtinere nequeunt, puta, si tempore hostili vel pestis alteriusve mali parentes eorum aut alii, qui notitiam nativitatis habuerunt, morte fuerunt præventi. *Dn. Simon. de Jure stat. cap. 2. n. 2.*

Thef. XIX.

Ejusdem farinae sunt & non excluduntur a Societate opicum, filii Licitorum, Castratorum suum, & qui eorum filias aut uxores in matrimonium ducunt. *Richt. Dec. 80. n. 170. & seq. Frecher. de infamia n. 3. c. 22. adde Habn. d. l. de bis, qui notantur infamia in fine.* Multominus Liberi Publicanorum, Molitorum, Balneatorum, Tonsorum, Tubicinum, Opilionum & Textorum, quippe qui omnes nulla vitæ aut

aut sanguinis vituperatione notantur, & sic illa consuetudo a quibusdam locis ante hac recepta, ut irrationalis est reprobata. *In Recept. Imper. de A. 1530. 1577. 1548. Tit. von Handwercks-Söhnen*, quod ipsum Elect. Sax. in *Ord. Polit. de Anno 1661. Tit. von Handwercken XXI. s. was die Leinweber 4.* repetit & ad Prætores & alias personas Judiciales, quarum opera Nobiles in Pagis nec non in Oppidis incaptivandis & incarcerandis fontibus utuntur, eorundemque liberos extendit; ubi insimul statuit, ut ejusmodi homines, qui tales a Collegiis Opificum excludunt, aut saltem pro infamibus habent, a Magistratibus locorum pœna pecuniaria vel carceris pro arbitrio sine remissione afficiantur. *B. Dn. Philipp. lib. 1. Eccl. 26.*

Thes. XXI.

Restant adhuc Carnificum & Excoritatorum liberi, der Scharfrichter, Henker, Caviller und Abdecker-Söhne, de quibus quæritur: *an* jus opificum impetrare possint? & negativam defendere plurimi conantur, quando statutum in liberis natalitiis parentum honestatem simul exprimere jubet, quamvis enim in legitimo matrimonio sint editi, deficit tamen honestas parentum, & solent quam plurimum factis parentum sese immiscere, *Speidelius in verb. Henker & Besold. in Thes. Pract. addit. verbo Scharfrichter*; Sed æquitate consultius literas natalitias ipsis suppeditare atque illos in Collegia opificum recipere, cum nemini parentum maculæ sint imputandæ, nec ipsi parentes, (rejecta a nobis in infamiam facti & ju-

G

ris,

ris, distinctione *Donell. lib. 28. c. 6. lit. b. i. ibique Hillig.*) pro infamibus habentur. Tamen melius agunt illi, si in Parentum maneat Conditione; Periculosum enim est, an per tempus vitæ collegarum contentiones ac odia superare queant? *Dn. Vindke in Dissert. de liter. natal. Cap. 3. §. 19.* quapropter quod filii patris ob Crimen commissum ultimo supplicio affecti, aut qui ejus viduam in matrimonium ducit, indigni sint Collegio opificum, nulla ratio juris dicitur & suadet, *test. Carpz. in Dec. 192.*

Tbes. XXI.

Sed extra dubitationis aleam ponitur, quod non recipiantur in Collegia opificum, qui sunt infames, vel jam recepti, ex causa infamiæ a Collegiis remouentur, non solum ex inueterata Germaniæ consuetudine, sed & jure Statutorum, qualia ubique vigere videmus, eaque opifices instat LL. obstringere, cupiunt, *Matth. Stepb. de jurisd. L. 2. P. 2. c. 8.* Sequitur hinc condemnatum ex causa depositi, quod nempe hoc dolose interceperit, a Collegio opificum remoueri posse, scilicet, quia hoc nomine condemnatus infamiæ maculam accipiet, *L. 1. L. 6. §. si. quis ff. de his qui not. infamia Richt. decis. 80. n. 35. B. Philipp l. 3. Eclog. 42. per tot.* Quod idem de Carnificibus, Excoriatoribus & Lictoribus non propter infamiam, sed vitæ turpitudinem dicendum est, *Richt. d. l. n. 29.* Secus est qui eor. viduam matrimonio sibi associavit, *Carpz. decis. 18. §. 112.* Sed an opificibus ob id, quod cum Carnifice edunt, bibunt, contrahunt, vel alio modo con-

conversantur, opificium interdici possit? Et Resp. quod non per ea, quæ tradit *Habn. ad W. in tit. ff. de His qui not. infam. Nicht. cit. l. n. 21.* Mulominus a Collegio opificum excludendus, qui ducit aliquem, in Uxorem a se vel alio antea impregnatam, *Carpz. p. 2. Const. 6. d. 13. § 14.*

Tbes. XXII.

Probata iraque per literas natalitias legitima natiuitate ac vitæ honestate, admittuntur demum tyrones ad addiscendum disciplinam, ubi sæpissime ante receptionem, quibusdam in locis, illi nimum vexantur, & multo immanius, quam olim Lacones ad aram Dianæ puberes & impuberes ad animæ, usque exhalationem ludo Neprunico, vulgo das Wasser-spiel, exercentur. *Marquard. de jure Marcatior. Lib. 3. c. 2. n. 32.* Hinc ex Candidarorum læuitia, colore nigro obrustantur, morionum veste induuntur, plagas, balneum, Suspendium, fumum, ustulationem, & nescio, quæ præerea tormenta alia sæpissime cum periculo fanitatis patiuntur. *Speidel. locupl. verb. Händwercker 21. p. m. 569.* quæ omnia vocant das Händeln. Verum enim vero cum ejusmodi excruciatu nullam utilitatem, sed potius crudelitatem probeant, isti periculosi & ridiculosi ritus in *Ord. Polit. Sax. de An. 1661. tit. XXI. §. 5.* sub pœna arbitraria ad Charamantas sunt relegati, verb. *Alles unordentliche Wesen, welches bey Aufnahme mit etwan also genannten Säuffen oder üppigen Händeln vorzugehen pfleget, gänzlich abzuschaffen, oder deswegen ernstlich gestraffet werden.*

C 2

Tbes.

Tbes. XXIII.

Deinde si Tyrones artificium addiscendum locati fuerint, a quibusdam Collegiis non prius excipiuntur, sie werden nicht eher aufgedinget, quam dederint Collegio certam pecuniæ summam & Convivolum, Sie müssen der Zunft etwas Aufdinge-Geld, und eine Zehrung entrichten, quæ summa, cum in quibusdam opificiis nimium hactenus excreverat, Seren. Saxo *in alleg. Ord Polit.* hunc turpem ritum, ne cæteri ab opificio discendo propter magnos sumtos facendos deterreantur, ita reformavit: Weils auch öffters unziemliches Aufdinge-Geld und allzubohbe Zehrung bey der Lehr-Jungen Aufnehmen aufgewendet, und ihrer viel von dem Handwerk abgeschreckt werden, so sollen die Beambten und Rärthe fleißig Aufsicht haben, daß die Meister und Handwercke hierinnen niemand zur ungebühr beschwehren.

Tbes. XXIV.

Præterea requiritur, ut supradicti Tyrones per aliquod temporis spatium in arte addiscenda permanent, & opificum ex recta institutione ab aliquo opifice ediscant, daß sie das Handwerk ehrlich überkommen, quia nemo prius debet esse Magister quam Discipulus, *cap. sic vive Caus. XVI. quest. 1.* nec in Magistrum debet assumi, qui formam Discipuli non assumpsit. *Cap. 4. X. de elect.* Et ita finito compacto biennii, vel triennii &c. tempore Tyrones demum absolvuntur, werden lößgesprochen. Qui tamen annu
in

in filiis prædictorum opificum, ratione addiscendæ artis, quippe in qua a teneris erudiri possunt, non observantur, *Christoph. Besold. in Thesaur. pract. ibique Dittberr. in addit. verb. Lehr. Jahre 43. p. 1024.* In absolutiōe Discipulorum iterum cum multis vanis Ceremoniis sæpissime exercentur, & nunquam tyronum liberatio eousque differtur, donec aliquis certorum futillium verborum & certe sæpenumero scandalosorum rituum sit peritus. *Dn. Reichenb. in Dissert. de Statut. Cap. 4. num. 89.* qui Exemplum in causa M. S. Drechsler-Gesellen ira proponit: Actor Er hätte sich von seinen Gesellen ira propōnir: Actor Er hätte und wäre nun übrig, daß Ihme die Gesellen auch abtölviren, und nach Handwerks-Gebrauch hobelsten, und einer einen Pfaffen agirete: Erwähnte Gesellen aber wolten das nicht thun, und also würde Er aufgehalten, daß Er nicht fort wandern könnte, cui reponebant Rei, Es wäre jezto kein Geselle da, der solches verstande, und würden wohl viel Personen darzu gebraucht, zudem müste einer eine lange Predigt thun, und wenn sie es nicht recht machten, würden sie ausgelachet, sonst wäre es auch bräuchlich, daß es dem Pfaffen etliche Wochen zuvorhero gesagt würde, daß er sich könnte darauf geschickt machen etc. quæ observantia tam stulta & nulla sana ratione suffulta, a quamplurimis Collegiis reprobarur, *Dn. Simon in d. Dissert. de Jure stat. Cap. 5. num. 7.* Sed viceversa in Collegiis liberalibus mos ille, ut Discipuli Peregrinantes Salutationem a Collegio ad Collegium adterant, daß Sie von einem Erbaren Handwerker

und Gefellen den Gruß überbringen, multo est receptior, & tam superstitiose observatur, quod cirra eandem, vix a Collegii membris adveniens recipiatur, sed pro saluratione obrinenda oro remittatur. Sicuti exemplo discipuli cujusdem Ehippiarii eines **Sattlers**: Gefellens confirmati sumus.

Thef. XXV.

Post Creationem Discipulorum non statim Candidati Collegii promoventur in Magistrum, sed prius per aliqua temporum intervalla in opificio magis magisque se instruant, & postea quosdam annis in peregrinatione, auf der Wanderschaft, consumant, prout innuit *Ord. Polit. Sax.* hisce verbis: Niemand soll auch eher zur Meisterschaft gelangen, er habe denn zuvor so wohl in seiner Wanderschaft, als bey ein oder mehr Meistern desselben Orts, wo er Meister werden will, die in jedes Handwerks bestimmte Zeit erfüllet. *in dict. Tit. §. 6.* Sed hic occurrit aliquid discipulorum discrimen, an aliquis in illa civitate, in qua tyronum annos adimpleverit, an vero in alia civitate, ubi artem non adeptus fuerit, jus opificum accipere intendat? ita ut priori casu peregrinatio necessario a discipulis requiratur secus quam posteriori casu, cum ibidem adventus sit loco peregrinationis, uti Senatus Lipsientis in causa N. Messerschmieds: Gefellens an einen, contra der Messerschmiede Meister an andern ex ipsorum Statutis Mense Januarii currentis anni decreverat; Quæ tamen peregrinatio in Majoribus tantum Civitatibus *Secundum Polit. Sax.* se- vere

vere exigitur; In oppidis enim & pagis inhabitantibus Magistris ferme remittitur, modo artem suam aliunde recte didicerit, §. 6.

Thes. XXVI.

In peregrinationibus illis moris quoque fuit, opifices epulis & commessionibus noviter advenientes excipere, atque adeo multas exinde absurditates conferre, quo usu venire solebat, ut sapissime sumtus ad luxuriam impensi, cum maximo Reipubl. damno mercibus rursus imponerentur, hinc inde ejusmodi commessiones abolitæ sunt, *in Reformat. Polit. Francof. 1777. tit. 38. in verbo.* Dieweil auch im Heil. Römischen Reich &c. Parili ratione, ne discipulis dies lunæ feriarus, ein guter Montag / multo minus consoziationes privatæ præprimis tempore bachanaliorum concedantur, in nostris terris est dispositum. *Ord. Polit. §. dist. Tit. XXI.* Cæterum de diebus festis tam ordinarie quam extraordinarie incidentibus tenendum; quod operariis tantummodo unus dies lucro cedat, reliqui vero a mercede singulis hebdomatibus ipsis ex solvenda depretiantur, *Ord. Polit. Sax. Ann. 1661. Tit. XXIII. cap. 9. §.* Wegen der Feiertage / ibi: Wenn in einer Woche ein ordentlicher Feiertag einfällt, so soll derselbe den Werckleuthen zu gute gehen und belohnet werden / wo aber mehr in einer Woche einfâmen, soll ihnen nicht mehr als einer passiret werden.

Thes. XXVII.

Thef. XXVII.

Cum vero pro turpitudine reputetur in perpetua disciplina vivere, daß man ein eiserne Gefesse bleibe: Ambiunt denique discipuli jus Collegii sui, ubi, peracta peregrinatione legitima, aut arte rite adepta, fere ita proceditur 1.) ut Collegio desiderium suum, convocaris ad id Collegii Magistris, aperiant, qui 2.) Candidatum officii Magistrarui illius loci præsentent, quo peracto 3.) Candidatus præsentantibus secundum Statuta Collegii & mores locorum, parum pecuniæ modicumve vini solvit ac tradit, quod 4.) Sequitur Sympolum officii, *der Muth Groschen*, tribus reiteritatis vicibus, interposito uni & alteri ad minimum trimestris spatio, Collegio suo extolvendum, es muß 3. mahl gemuthet werden, ac interea temporis 5.) requiritur, ut tyrocinium suum, das *Meiſterstück*, suis sumptibus bene & convenienter cum approbatione Collegii faciat, *arg. l. 7. ff. de solut. L. si quis C. de Prof. ff. Dn. Richter in suis Decis. 80. n. 41.* In quibus officum statutis certa præscribuntur opera Magisterialia, quæ tamen propter antiquitatem, nostris temporibus, quamvis magnis sumptibus præparentur, nullam amplius utilitatem, præbere possunt, quorum fere omnium officum exempla enumerantur a *Knippſchild. d. Jur. Privil. Civit. Imper. lib. 5. C. 2. n. 30. Limn. lib. 4. jur. cap. 8. n. 298.* Quapropter Sereniss. Elector Sax. præterito anno, ad omnes Senatus & Collegia Electoratus rescripsit, usitatoraque tyrocinia in posterum conficiantur, serio demandavit; Cui accedit 6.) quod juniores Magistri jus civitatis in-
terea

terea rite ambient; *Dn. Richt. in Decif. 80. n. 41.* Quibus omnibus peractis 7.) Subnectitur, quod in ingrefsu epulum sui opificii Magistris pareant, das Meister-Effen geben, quod legibus civilibus non est absonum, uti apparet, *ex arg. leg. 102. §. 2. ff. de Legat. 3.* ubi quidam alumno suo militiam cum introitu legavit, h. e. uti Scævola interpretatur, quod pro introitu erogari solet. *Gottorf. ad dict. leg. lit. d.* Sed ibi semper prævidendum est, nec concedendum, ut quis tantum erogare debeat, quo inopes deterreantur. *Petr. Gregor. de Republ. l. 13. c. 3. Clement. 2. d. Magistr. ibi: ne sumtum magnitudine tenuiores deterreantur. Vide Recept. Imp. de Anno 1548. & 1577. tit. von Handwercken und Handwercks-Söhnen, & Arg. Ord. Polit. Sax. §. 5.* Tandem denique observatur, puod cooptandi in Collegium conceptis verbis se ad Statutorum observantium adstringant, vel fidejussores dent; quod utique non est improbandum, *arg. leg. fin. ff. de Colleg.*

Thes. XXVIII.

Addunt nonnulli ex Statutis quorundam Opificum, neminem novellorum Magistrorum, in Collegium recipiendum esse, qui non ex Collegio Magistri viduam aut filiam ducat, wenn er nicht in das Handwerk freyet, oder doch zusage, er wolle keine andere, als desselben Handwercks-Meisters Tochter oder Wittibe heyrather, verum cum hoc in casu libertas, præprimis, si ex pluribus nulla sit electi, adimatur, voluntas ad certum constringatur individuum, merito ut irrationabilis consuetudo extirpatur

D

Speckb.

Speckb. Conc. 3. quest. 5. Class. 1. n. 5. & seqq. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7. p. m. 383. & reprobatur per all. g. Rescript. Ser. Elect. Sax. prateriti anni ad Senatus & Collegia suarum ditionum missum. Sed si extra Electoratum Saxonicum, mos iste etiamnum in quibusdam Collegiis vigeat, eum tantummodo ad extraneos restringimus & semel receptorum filios ab hoc onere, immunes pronunciamus, Besold. in Thes. Pract. verb. Spandwercke, 23. Dn. Simon. d. l. cap. 2. n. 5. p. 20.

Thes. XXIX.

Vidimus de iis, qui & quomodo recipiebantur in Collegium Mechanicum, nunc dubium exoritur, quot personæ Collegium faciant? Quæstionem non obscure decidit *JCtus in l. 83. ff. de v. s.* ubi ad Collegium plures, non pauciores quam tres requiruntur, & hoc propter multitudinem negotiorum in Collegio occurrentium pro quibus itaque decidendis major pars consentire debet. *l. 100. §. 1. ff. d. R. J.* Si enim Collegium constaret ex personis tantum duabus, neque major pars deprehendatur, a duobus de rebus ad Collegium pertinentibus & inter se dissentientibus nullum fieri potest conclusam, nisi tertius interveniat. *l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* Proinde, si cujusdam Collegii artificium, non plures quam duas patiatur sodales, ex observantia, illud cum aliis hujus artis affinis associatur, uti Lipsiæ sæpissime contingit, nec obs. *lex. unic. §. 1. & §. 2. de offic. Consul & l. 2. §. 16. ff. de Orig. Jur. ad quas erudite, pro more, respondet Excell. Dn. Schrvend. ad Eckolt. Tit. ff. quod cuj. univers. §. 4. Diffi.*

Diffidendum tamen haud est, per unam personam, Collegium retineri posse, *l. 7. §. ff. d. t. ex qua colligitur*, quod unus in Facultate quadam superest consilium recte præbeat Consulenti, *Carpz. part. 1. Const. 26. Def. 3. n. 3.* & honeste petenti gradum honoris Academicum conferat, si modo ad examina plures & extraneos Doctores petat, *test. Brunn. ad d. l. 7. n. 9.*

Thef. XXX.

Collegia vero ut pro licitis valeant, semper necesse est, ut ex S^Ci & Principis autoritate initientur, quia Jura Collegiorum sunt Juris publici, & non secuta ad probationem Superioris, non Collegia sed conventicula sunt dicenda. *Gigas d. Crim. Majest. Rubr. qualiter & quibus qv. 48. n. 4. Berl. Dec. 150. n. 2.* Cum ergo certa Collegia superiorum consensu constituantur; ex eo sequitur, quod aliis extra illud Collegium, ejus artis exercitium exercere interdicatur, cum libertas opificiorum per Constitutionem Collegii restringatur, *Mev. p. 1. dec. 108. Brunn. ad L. 3. ff. d. Colleg. n. 6.* Nisi opifices, opificum sine justa causa suppeditare detrectent, ubi inviti, mandatis pœnalibus, laborem suum honeste petentibus clocare compelluntur, nec ipsos ab opera liberat pecuniæ oblatio *L. 16. de Mundrib.* atque insimul si in contumacia perseverant, potest hoc artis exercitium extraneis ac forensibus permitti *Mevius p. 2. Decis. 256. & 257. Brunn. ad L. 9. ff. ad Municipal. n. 2.* uti quoque permittitur, (non abstante opificum privilegio, ne alius vendere queat eas merces,) unicuique similes res sua manu elaboratas

tas vendere *Mevius p. 5. Decis. 256.* modo in Majoribus Civitatibus extra Nundinarum tempus, hanc de Jure G. permissionem *arg. l. 5. ff. d. l. 1. §. 1.* non exercent, ne Cives, multis oneribus alias prægravati nimium turbentur *Brunn. ad d. L. 5. n. 8.*

Tbes. XXXI.

Finis artificum est vel Primarius vel Secundarius, hic est, ut hominum vita conservetur ejusque indigentia suppleatur; nam ubi hæc prævalent atque frequentantur, sarta tecta que permanent omnia *Cic. l. 2. d. offic. Carpz. lib. 1. Resp. 47. n. 1.* Quæ cum ita sint, ut vita absque arte esse nequeat, *Cic. d. l. 1. & Terra quævis suas artes alat, hinc vulgo loqui amant, Ein Handwerk hat einen güldenen Boden, Dr. Lind in Dissert. de Liter. natal. in præf. n. 7.* Finis Primarius est, ut per Collegia licita lites & controversiæ alæque incommoditates in Republ. scaturientes præscindantur, fraudibus atque insolentiis artificium resistatur, quia citra ea Cives decipiendo nec modum nec finem observarent, sed quolibet impune pro quolibet conficerent ac miseris emtoribus vel Dominis obtruderent. *Cran. in Dissert. de Colleg. tb. 12.*

Tbes. XXXII.

Effectus consistit in variis utilitatibus, Privilegiis atque immunitatibus ad Collegium spectantibus, quæ ita declarari possunt, ut habeant Res Communes *l. 1. §. 1. ff. quod cuj. univers. i. e. pecunias communes*

l. 3. ff. in pr. d. Colleg. Arcam Communem die Hand-
 wercks-Lade, d. l. 1. ibique Brunn. n. 4. & insuper Pro-
 prium Sigillum sive Notam Ein Handwercks-Zeichen;
 arg. c. 48. in d. appell. ad conservandas scil. pecunias
 & Collegii commoditates, unde Arcarii dicuntur,
 Sicbard. in Lex. sub voce Arcarii, qui præsunt arcæ re-
 rum Collegiorum, & insuscipiendis vel expendendis
 arcæ inserviunt. Lexic. jurid. verbo Arcarius. Com-
 municatio vero rerum consistit in *reditibus*, pecunia,
 multis in statuto expressis & aliis mobilibus ad con-
 servandum Collegii statum vel promovendam ejus-
 modi utilitatem, aut onera, si quæ necessaria sunt,
 relevanda; Ita sæpissime contingit, ut opificia ea,
 quibus indigent, communi sumtu pareant, totasque
 ædes exstruant. Nonnulla enim Collegia opificum
 certas domos possident, in quibus, pro salute Collegii
 vel deliberationibus incumbunt, vel res communes
 custodiunt; quæ ædes Collegiales opificum & nego-
 tiationum *Zunft- oder Gilden-Häuser*, item *Herber-
 gen* vocantur *Cran. in d. Disp. ib. 15.*

Thef. XXXIII.

Cæterum Collegium Mechanicum in Criminali-
 bus quam Civilibus *Brunn. ad rubr. quod cuj. univers.
 nom.* constituere potest Syndicum, per quem compa-
 reat l. 1. & l. 3. ff. d. t. ex quibus Textibus probare
 solent, Collegium non nisi per Syndicum agere aut
 conveniri posse *Wesenb. ad d. t. n. 8. Carpzov. p. 1. C. 13.
 D. 5.* quod intelligitur de casu, quando adversarius
 urget constitutionem Syndici, nam *Carpz. in alleg.*

D 3

Def. 5.

Def. 5. ratio, ne defensio vel actio per plures scissa, incommodo adversarium afficiat; invitum tangit, E. volente demum adversario vel etiam ex officio jubente iudice, Judicium melius expediatur, litigans Collegium, Syndicum, declarat. *arg. l. 1. §. 7. ff. judic. solvi Magn. Zieglerus ad Lancelott. Lib. 3. tit. 2. §. 1. verbo Syndicus.* Sed ea intelliguntur de Collegio numeroso; plane si parva sit societas, possunt omnes ad esse in Judiciis & commissionibus, præsertim si habent Advocatum; Atque tunc gesta a toto Collegio non esse irrita, testetur *Brunn. ad d. l. 3. n. 3.* Constituitur autem Syndicus convocatis ad cerrum locum Collegiis, ubi major eorum pars, in Syndici electionem consentiat, *l. 3. ff. quod cuj. univers. l. 19. ff. ad municip.* quibus annumerari potest is, qui constituitur, *l. 4. ff. d. t. quod cuj. univers.* Nam non solum extraneus, sed etiam qui est ex corpore Collegii recte confirmatur. *Carpz. d. l. Def. 6.* Quod autem Syndicus lites rite administrare possit, requiritur, ut se legitime constitutum doceat, quod fieri solet per Instrumentum Syndicatus, *Ein Syndicat, arg. l. 1. C. de Procurat. Carpz. l. 3. Respons. 9. B. Schilt. in Disput. de Syndic. Cap. 2. Th. 11. & seqq.* De cujus Confessione videlicet *Brunn. ad L. 6. ff. quod cujusque univers. nom. Carpz. p. 1. c. 13. def. 1. & seqq.*

Thes. XXXIV.

Aliquando tamen citra Syndicatum, quis Collegarum ut litis consors in causa ad Collegium pertinente, comparere potest, dummodo cautionem de rato

rato præstet, *Ord. Proc. Sax. tit. 7. §.* Wir lassen so, *in sine Berlich. P. 1. C. 14. n. 42. & 55.* eadem ex ratione defectum mutuli & manci Syndicatus, Collegii nomine agens, cautione de rato præstita supplere potest *B. D. Philipp. ad d. tit. 7. Confid. 3.*

Thef. XXXV.

Num vero Collegium Syndicum constituere possit? Quæstionis est: Dubitandi ratio occurrit, *in l. 1. §. 21. ff. de acquir. amit. poss.* ubi Consensus Universitati au Collegio denegatur. Verum respondendum esse existimamus, duplici modo Collegium considerari, vel pro corpore sensu & intellectu destituto, & recte eidem Consensus denegatur, vel pro persona *fi. l. 22. ff. de fidej. & omnino Syndicum constituit, Eckolt. ad tit. ff. quod cujus univ. §. 7.*

Thef. XXXVI.

Cum itaque Collegium vice personarum fungatur, sequitur ex eo Collegia, tam active quam passive obligari, ac proinde ex mutuo conveniri posse; ubi pro meliori intellectu distinguitur; *an omnium Collegiatorum communi Consensu, seu ii saltem, qui Collegium principaliter repræsentant; an vero, soli Arcarii vel Syndici Collegii rem mutuo acceperint; Ita ut priori casu indistincte obligetur Collegium. Argum. Leg. 15. ff. scutum. Macedon. & leg. 16. ff. d. V. §. nec a Creditore aliqua, de in rem verso opus est probatione B. Philipp. ad Decis. Elect. 16. obs. 3. n. 4.* Posteriore B. Philipp. ad Decis. Elect. 16. obs. 3. n. 4. Posteriore casu aliter non obligatur Collegium quam si personarum

cuniam in ejus utilitatem verſam probaverit Creditor. *arg. l. 27. ff. d. R. C. decif. Elect. 16. Zoef. ad d. i. ff. n. 43. & ſeqq. Philipp. d. l. obf. 4.* Quod tamen ex eo ſolo, Collegium tempore mutui, pecunia indiguiffe, probatum non cenſetur, *Facb. l. 2. Controv. 76.* Poſteſt tamen Creditor ſcrupuloſam hanc probandi facultatem effugere, ſi arcarium aut Syndicum, ſe poſito Collegii ordine, prius conveniat, & is mutuum non nomine proprio ſumſiſſe, ſed in rem Collegii verſiſſe excipiat; nam tunc ipſe verſionem probare neceſſe habet. *Mantica de Tacit. & ambig. convent. l. 8. tit. 13. n. 1. Jctiſſimus Dn. Born. de Condiſt. certi ex mutuo, de in rem verſo & c. Cap. 5. tb. 17. & 18.*

Tbeſ. XXXVII.

Sed quid, ſi Collegium alios conveniat? & reus negative excipiat? Anne ſinguli de collegio admittantur ad teſtimonium dicendum? Et affirmativum placeat defendere *per arg. l. 6. §. 1. ff. d. R. D. l. 7. §. 1. ff. quod cuj. univ.* Si videlicet cauſa ipſius collegii proprium commodum concernat *cap. 5. & d. probat. Cap. 6. & 12. & d. teſtib.* tunc enim ſinguli de Collegio non dicuntur ferre teſtimonium cauſa in propria, nam ſingulorum non intereſt cauſam pro Collegio tractari, *Carpz. P. 1. Conſt. 16. Def. 65.* Plane ſi negotium ad ſingulorum utilitatem pertineat, veluti in paſcuſ & ſylvis communibus, ubi ſinguli de Collegio jus paſcendi & lignandi habent, merito a teſtimonio repelluntur, *l. 10. ff. l. 10. C. d. Teſtib. Ludov. Exerc. IV. Tb. 6. lit. d. Carpz. d. l. & l. 3. Reſp. d. 93.*

Tbeſ.

Thef. XXXIIX.

Quibus additur, quod Collegia non solum ad juramentum suppletorium, si semiplene probaverit, sed & ad juramentum tam calumniæ, *Carpz. p. 1. C. 13. D. 4.* quam judicale sibi delatum admittatur, *Carpzov. d. 1. Def. n. 1.* Ad præstandum autem pro Collegio jusjurandum non admittendi sunt Syndici, sed tres vel quatuor Collegio Seniores, *Const. Elect. 13. quest. 1. ubi Carpz. d. Def. 1.* nisi juniores exactiorem negotii istius notitiam habeant. *arg. l. 97. d. Condit. & demonstr. l. 14. ff. ad Municip. & eo modo, hi Senioribus præferuntur, Carpz. d. 1. Def. 2.* Est enim in arbitrio Collegii positum per quas personas e Collegio jurare velit, *d. 1. Def. 3.* Attamen si personæ Collegii electe suspicionem quadam aut inhabilitate laborent, illas ab adversario recusari aliasve ad Sacramentum postulare posse non ambigitur, *arg. 4. f. C. de judic. ubi Jason. n. 4.* Præterea quando Collegium de crimine suspectum apparet, toties duæ Collegii partes juramentum purgatorium præstabunt. *arg. l. 3. ff. quod cuj. univers. ad quam vide Brun. n. 4. f. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. 1.*

Thef. XXXIX.

Porro præcipuus Effectus est, quod Collegia Statuta officum tam Scripta, die Innungs-Artikel quam mores die Handwerks-Gebraüche oder Gewohnheiten condere & introducere valeant, *l. f. ff. de Colleg. Struv. Ex. 2. tb. 42. in f. Berl. Dec. 150. n. 23.* ligant quæ tantum personas ad Collegium pertinentes non extraneas, *arg. l. f. ff. de Jurisd.* Et licet ejusmodi statuta

E

tuta

tuta negotia opificum concernentia, per se valeant, nec ulla egeant confirmatione, cum a lege communi dependeant, *l. 2. §. f. C. de const. pec. l. fin. C. de jurisd. vim. judic.* Attamen consuetudine in valuit, ne Statuta prius opificum subsistant quam superioris confirmationem acceperint, *Carpz. l. 1. R. 48. & P. 2. C. 6. D. 9. n. 3.* Intellegio vero per superiorem Summum Principem, qui habet jus dandi Collegia der die guldēn Berechtigfeit zu verleyhen. *Habn. ad Wesenb. tit. quod cujus: univ. N. 2. verb. Et habent communia jura.* Inferior enim Magistratus statuta confirmare non potest; nisi concessione Principis aut immemoriali præscriptione hoc sit acquisitum; quo tamen casu Collegia licita non prohibita ac Reipubl. dadamnosa sub inspectione Principis, demum confirmari debent, cui confirmationi sæpissime additur, daß man sich vor behalten, die Statuta zu mindern, zu mehren, zu bessern und zu ändern, quæ Clausula non confert potestatem pro lubitu corrigendi; sed si correctio necessaria vel utilis reipubl. vel si aliud utilius reipubl. sit, surrogare, quod, non obstante principis confirmatione, fieri potest. *Mev. part. V. Decif. 230. præcipue vero mutatio exigitur, quando civitati nocere. Statuta vel commerciorum usibus obfistunt, Mev. d. l. Dec. 231. Brunn. ad l. f. ff. de Colleg. n. 7. Mev. part. t. Decif. 301. Brunn. ad l. 1. ff. quod cuj. univ. n. 1.*

Tbes. XL.

Valent id circo Statuta tantum rationabilia, & quæ ex parte L. Lbus sunt præscripta. Sic Architecti usque

usque ad annum decimum quintum, exceptu casu fortuito, de vitio operis, una cum heredibus tenentur, Sie müssen den Bau auf 15 Jahr gewehren / *L. 8. C. de oper. publ. Colleg. Jur. Argent. d. Colleg. Tb. 6. n. 2.* quod de ædibus magna impensa exstructis intelligendum est. Si autem ædificatio non magnos sumptus requirat illustrum s. quinquennium sufficere tradit, *B. Brunn. ad d. l. 8. n. 3.* Sic & fullo vestimenta in publico ita ficcare & faber currus exterius exponere debet, ut non prohibeant vehiculum *l. un. §. 4. ff. de via publ. & si quid Tolosan. in Syndag. l. 18. Cap. 25. & seqq.* Quo pertinet Statutum, ne Lanione Carnes oculari libertate, sed trutina seu exagio vendant, Pfund:weise und nicht nach der Hand, *Brissonius lib. 2. variar. 16. Gottfr. ad l. 18. ff. de instruct. & Instrum. legal. lit. O.* Et quod Lipsiæ floret, quo de piscatoribus & aucupibus cavetor, daß sie alle Fische und Vogel stehend verkauffen sollen, ad frangendam in vendendo eorum pertinaciam *Rosensf. de Summa Princ. Germ. potest. Cap. fin. p. 227. n. 5.* Sed si verum fateri velimus prædicta statuta magis in Reip. quam opificum gratiam sunt inventa, quare ea missa facimus & ad oportuniora provehimus, ubi occurrit Statutum, quod Collegas privilegiis sui Collegii privat, qui nomen suum Collegio dederunt, nec tamen artem exercuerunt, *arg. l. 17. C. d. Test. milit. l. 5. §. 3. de jure immun. ibi Bartolus Ruding. Cent. 2. obs. 92.* Cætera quæ hic recenseri possent, ex supra dictis, supplementur.

Thef. XLI.

E contra irrationalia Statuta reprobantur, hinc Monopolia exercere opificibus interdictum est. *Sichard. ad rubr. C. de Monopol. n. 12. puta 1.)* Si statuant, ne quod unus capit, alter perficiat *l. un. d. de Monopol.* Daß, wenn ein Zunft Genosse etwas zu arbeiten angefangen oder zugeschnitten, die andern es nicht ausmachen oder verfertigen dürfen, *Berl. part. 1. Dec. 26. n. 5. Dn. Fritsch. de Monopol. Cap. 12. n. 13. Carpz. P. 2. Const. 6. Def. 11. n. 4.* 2.) Ut diversæ species negotiationum non minoris quam illi decreverint vendantur *d. l. un. C. de Monopol. ad quem Brunn. n. 2. §. 6.* Interdum tamen publica utilitate urgente, concedi potest, quod negotiatio vel manuaria ars in populo antea non exercita, uni non pluribus permittatur. *Mev. part. 3. Dec. 70.* Sic quoque nonnulla opificia pro privilegio gaudent, ne intra proximum milliare ab urbe artem suam alius exerceat. *Bruning. de Jure unid. rb. 58. Weil. Conf. 202. Carpz. lib. 1. R. 42. n. 17.*

Thef. XLII

Similiter removerur Statutum, quo opifices inter se statuunt, ne quisquam eorum alios in arte instruat quam filios atque nepotes suos: *Dn. Simon. de Jure Stat. cap. 5. n. 4.* Nec non tale, quo nullus a Collegio opificum Magister declaretur, antequam stipulatio promiserit, se non minori, quam Collegium constituit, pretio sive didactio artem tyrones edocturum, atque licet (breviori temporis curriculo vel etiam viliori pecunia ars addisci possit) se demum post tempus

tempus aliquod longius Discipulum ex officina liberum pronunciatum, pariter ac dimissurum esse, *Recess. Imp. de Anno 1594. §. Wie denn uns auch vorkommen x. & de Anno 1548. 1577.* hoc tamen non obstante singulare privilegium obtinuerunt certi artifices, die *Balliver* und *Crystallenbohrer*, ut nempe unus teneatur artem discere ad septennium & juro se nullibi quam in ista urbe victurum, nullosque alios præterquam filios in prædicta arte instructurum, *Casp. Klock. in Tract. d. Erar. l. 2. c. 8. n. 20. p. m. 233.* Quid vero de Staturo, quo nonnulli Magistri promittere tenentur, se nullam aliam quam Magistri ejusdem officii filiam vel viduam in uxorem ducturos esse, tenendum? De eo ut & aliis supra diximus, junge *Dn. Mev. p. 3. Dec. 39. Brunn. ad l. f. ff. de Colleg. n. 2.* qui insimul pronunciat, quod Statutum pro invalido reputetur, quo injuriatus jubetur ab exercitio opificii sui, donec injuriam sibi illatam vindicet; cum non solum *Regulis Juris*; quod invitus non compellatur agere; sed etiam religioni; qua convicia condonare non vindicare, jubemur, contrarietur *Ord. Polit. Sax. de Anno 1661. Tit. XXI. §. 1.* Quocirco injuriati, donec convitii convincantur, in Collegio citra impedimentum permanent & injuriantes donec probaverint, pro inhonestis de jure habentur insimulque opificium suum exercere ipsis interdicitur, *d. S. m. bi: Kein geschmeheter Meister oder Geselle soll, ehe er der Beschuldigung überwiesen, aufgetrieben, oder sein Handwerk zu treiben, von dem Handwerk beschwergen gehindert, sondern diejenigen, die andere beschu-*

schuldigen, und es nicht erweisen können, selbst für unredlich gehalten, und ihnen das Handwerk zu treiben ferner nicht nachgelassen werden. *B. Dn. Philipp. lib. 4. Eccl. 38. n. 5.* Præterea opifices extra mercedem ipsis debitam, alia accidentia, ut honoraria discipulis exsolvenda, ein Trinkgeld vor die Gefellen, nec non cerevisiam & vinum adustum postulare ac insuper finitis laboribus diurnis, frustra ligni aliave cements domum transportare sub pœna arbitraria & amissione debitæ mercedis, des Wochen-Lohns, reprobatur in *Ord. Polit. Sax. Tit. 21. §. 9. & 13.* Sed viceversa ipsis non est invidendum, secundum mores locorum, das Nicht-Essen, wenn ein Hauß gerichtet oder gehoben, præter mercedem, honeste & temperanter petere, *dict. Ord. Polit. tit. 23. cap. 9. rubr. des Leipzischen Krenses Zimmerleute.*

Tbes. XLIII.

An vero in duobus opificum Collegiis quis recipi possit, non incommode hic disquiritur? Et negativum decidere, svadet tam ratio *l. 23. C. d. Testam.* quam generalis dispositio, ne officia etiam licita cumulenter, *l. 13. C. d. prox. Sac. Scrin. XII. l. 4. & 5. vers. in posterum vero qui milit. possunt l. 17. §. 3. ff. ad municipat. cap. 15. & d. præbend. cum insuper unumquodque opificium, hominis indolem & vires exigat. Richt. Dec. 80. n. 37. nec pluribus unus sufficere & intentio ad plura parum perficere possit *Carpz. l. 1. Resp. 47. n. 7. & seqq. Brunn. ad L. 1. ff. d. Colleg. & Corp. n. 4.* quod intelligendum est de Collegiis diversi opificii, alias enim*

enim Collegia sibi mutuo non repugnantia & compa-
tibilia in uno subjecto consistere posse per l. 3. ff. d. adopt.
multis exposuit *Carpz. Decis. 294.* quæ minus dubii
habent, si superioris Consensus vel consuetudo vel
iusta causa ad hujusmodi conjunctionem accedat. *L. 12.*
ff. de legat. l. Geil. lib. 1. obs. 44. n. 8. & seqq. quod egre-
giis præjudiciis illustrant *Dn. Philipp. ad Ordin. Pract.*
tit. 2. Consid. 3. n. 9. & Richt. Dec. 80. n. 40. junge Berl.
p. 1. Dec. 26. quo tamen casu ad onera & statuta utrius-
que Collegii obligatur *Carpz. p. 3. C. 18. d. 26. n. 12.*

Zhes. XLIV.

Concessimus Collegiis Statutorum usum ex quo
fluit, quod Collegia habeant jurisdictionem, *Matth.*
Steph. d. Jurisd. lib. 2. P. 2. c. 8. n. 16. & seqq. Carpz. l. 1.
Resp. 48. n. 3. Ex qua etiam Magistris Collegiorum
Senioribus *denen Zunfft-Weistern*, de causis saltem
ad Collegium pertinentibus potestas cognoscendi &
coercendi Collegiatos, *die Zunfft-Genossen*, com-
petit, *l. f. C. d. Jurisd. Omn. jud. Habn. ad Wesenb. tit.*
quod cujusque Univers. Carpzov. p. 2. Const. 6. Def. 10.
quam habent, non ex speciali confessione, sed jure
Collegii proprie *Carpz. d. l. Def. 9.* cumulative tamen
non privative *leg. fin. d. l. vers. ita tamen* quoties enim
jurisdictio datur ei, qui non est iudex Ordinarius, vi-
detur jurisdictio data, cumulative non privative. *Mev.*
d. jure Lubec. lib. 4. tit. 10. art. 3. n. 27. & sic Magistra-
tus etiam in negotiis Collegii collegium prævenire
potest. *Brunn. ad d. l. f. n. 10. in f.*

Zhes.

Magistris ergo Senioribus Collegiorum, denen
 Zunfft: Guldener oder Ober-Meistern competit cogni-
 tio causæ in rebus professionis suæ *Berlich. decis. 150.*
n. 25. & mulctæ civilis indictio *Carpz. l. 2. Resp. 48. n. 4.*
 Inde tamen non sequitur quod habeant mixtum impe-
 rium, nam non possunt ob contumaciam pignora
 capere, minimeque in extraneos exsurgere. *Vultej.*
ad l. f. C. de Jurisd. n. 23. quia Statuta dicuntur Colle-
 giorum conventiones *l. 35. ff. d. Legib.* quæ aliis haud
 præjudicare queunt, *l. 27. S. ante omnia ff. de pactis,*
 ita, extra negotia Collegii nec quicquam, valoris hab-
 ent *d. l. f. C. de jurisd. omn. jud.* quare ad hereditates,
 tutelas, dotes similisque causas ad jus civium perti-
 nentes, jurisdictionem suam minime extendant.
Carpz. d. Resp. 48. n. 9. neque super delictis a Collegia-
 tis perpetratis cogoscant. *Carpz. d. l. n. 10.* quia Colle-
 giis non competit jus puniendi crimina publica, v. g.
 adulterium, ad hoc ut punitos de adulterio, compel-
 lant denuo, pœnam Collegio exsolvere, daß sie sich
 mit der Zunfft abfinden, nec maturum partum ali-
 cujus Collegæ punire queunt, nisi specialiter ipsi Col-
 legio a Principe in Statutis concessum legatur *Carpz.*
Dec. 285. Multo minus jus irruendi in ædes, investi-
 gandi falsas merces aut pignorandi, vel statim ejici-
 endi, Collegio permittitur, nam falsificatio mercium
 est crimen publicum, a Magistratu puniendum *Mov.*
p. 5. Def. 257. Similiter ipsorum potestas se haut ex-
 tendit, ut ad Collegium suum amplectendum aliquem
 compellere possit, ut si quis ex Collegio filio suo uxoro-
 rato

rato utatur, tanquam, ministro, non potest filius compelli, ut nomen suum det Collegio, daß er das *Magister-Recht* gewinne, *Brunn. ad l. fin. n. 14.*

Thef. XLVI.

Quid si negotium sit periculosum, de quo Collegæ inter se convenire nequeunt? Quis eorum Judex competens erit? Et putamus Judicem competentem esse eum, qui Collegia confirmavit *l. i. ff. d. Colleg.* aut qui jurisdictionem a confirmante in Collegia concessam obtinuit: Propterea coram Magistraribus oppidanis competens forum sortiri Collegia, nemo in dubium vocabit. Ita tamen ut non facile Processus Ordinarius, sed quantum fieri potest summarius absque strepitu judicii & solennitate legali concedatur, es sollen dem gemeinen Wesen zum besten schleunigste Erörderung erfordert, keine ordentliche noch sonst weitläufftige Prozesse im geringsten verstattet, sondern auf gehaltenen gnugsamen Verhör und beygebrachten Bescheinigung, entweder die Partheyen ohne fernern Aufschub, Abschied, oder nach Befindung mit Einsichtung der Gerichtlichen Protocull und Acten, rechtl. Erkänntnis eingeholet, diesemnach die Partheyen entscheiden, und da das vermeinte beschwerte Theil nicht alsobald ein kundbares erhebliches gnugsames gravamen, bey Uebergebung die Leuterung und Appellation beyzubringen vermag, dieselbe nicht verstattet, sondern verworffen werden. *Ord. Polit. Sax. tit. 23. cap. 9. S. wie wir dann x. in f. Petr. Greg. Tholosanus in Syntag. lib. 47. cap. 6. circa fin.*

F

Thef.

Tbes. XLVII.

Antequam hic abeamus, circa Effectum illa ad-
huc quæstio movetur: Anne Collegia opificum, de-
ficientibus, legitimis heredibus, Collegiato suo præ-
defuncto succedant; Et affirmativam defendere non
dubiravit *Tiraquell. in Tr. de Morte p. 2. declarat. 15. n. 6.*
Verum si recte percipimus mentem Imperatoris tan-
tum quinque collegiis, puta Decurionum, Navicu-
lariorum, Cohortalium, Militum & Fabricensium
hocce privilegium *in C. t. tit. de Heredit. atib. Decurionum,*
Navicul. singulariter concedentis, merito reliqua &
Opificum Collegia exclusa esse statuimus *Ludov. Exerc.*
X. th. §. lit. D. Brunn. ad d. t. C. in fin.

Tbes. XLVIII.

Huc usque de Consentaneis Collegiorum Opifi-
cum, sequuntur nunc Dissentanea seu Contraria;
Atque tunc infirmantur ea vel ab initio vel ex post
facto. Ab initio vel Universaliter vel Particulariter;
hoc casu: Quando Jura disponunt, ne quidam in Col-
legio admittatur, de quibus jam supra ex parte dixi-
mus, restant adhuc illi, qui ratione dignitatis & pro-
fessionis, ut olim in Republica Romana, Magistra-
tus, Nobiles & Patritii ab opificiis arcebantur. *l. 3. C.*
de Commerc. Kircherus d. Republ. Disp. 12. th. 2. in fin. quod
hodiernis moribus de Senatoribus & Patritiis minime
dicendum; De Nobilibus tamen arg. *arg. l. 6. C. d.*
Dignit. Nov. 90. cap. 1. Fritzius de Nobil. Civ. Concl. 30. &
Clericis etiamnum verum manet Clement. Diocæs. de
vit. & boneß. Cler. adde Recept. Imp. de Anno 1548. ubi
plures

plures Personæ prohibitæ recensentur, inter quas connumerantur, qui fornicationem commisserunt, quod quoque ad dissolutionem Collegii extenditur, ita Opifices eorumque Viduæ ob stuprum, ex Collegiis remouentur, *Carpz. lib. 6. Resp. 100. & Decif. 17.*

Thef. XLIX.

Uniuersaliter in totum Collegia reprobantur, quando SCti vel Principis autoritate non sunt approbata, sic enim non Collegii, sed conuenticuli nomen merentur *Gigas. d. Crim. Majest. ubr. qualiter. quest. 48. n. 4.* atque tunc mandatis & Constitutionibus dissoluntur & tantum iis permittitur pecunias collatas diuidere & inter se partiri, *Menoch. A. J. Q. Cas. 595. n. 7.* quod de bonis aliunde possessis, minime dicendum, quæ omnia Magistratui cedunt, *Med. ad Jus Lubecc. l. 4. tit. 13. Art. 5. in fin.*

Thef. L.

Semel constitutum Collegium Mechanicum, similiter dissolvitur vel in totum, vel pro parte. In totum, quando ejus membra omnia pereunt, *Gloss. l. 7. §. fin. ff. quod cujus univ. verb. Universitatis.* vel a se invicem consensu recedunt, *l. 1. §. non licet ff. de Colleg.* nam ibi extinctum videtur Collegium, si singuli separatim sua habere cœperunt & per decennium in separato Statu steterunt, *Med. Part. 4. Dec. 378. Brunn. ad l. 1. ff. quod cuj. univers. n. 3.* Secus est, quando unus Collegiarum superstes remanet, quo in casu eum convenire & conveniri posse putamus, cum

jus omnium in unum reciderit, & stet persona unius
 pro collegio, l. 7. §. *fin.* ff. *dict. tit.* Similiter ob Cri-
 mina dissolvuntur Corporis membra; ut autem prius
 intelligatur, quomodo Collegia Delictum & contu-
 maciam contrahant; Notandum est, ante omnia vo-
 cem Collegii dupliciter accipi, per supra tradita, 1.)
 Proprie, quatenus est nomen Juris, quod omnibus
 Collegii affectis inhæret; quo significato Collegia de-
 linquere & puniri nequeunt. l. 15. §. 1. *de dol. mal.* l. 22.
ff. d. fidejuss. 2) Minus proprie, pro personis, quæ sunt
 subjectum istius Juris seu pro ipsis Collegiatis, & hoc
 modo Collegium delinquere, l. 1 §. 22 ff. *d. Acquir.*
possess. l. 9. §. 1 ff. *quod metus causa* l. 15. §. 2. ff. *vi aut*
clam. Autb. nulla communit. C. de Episcop. Wesenb. part.
1. Disp. 22. tb. 21. & eremodiciam contrahere potest.
Dn. A. B. Carpz. in Disp. de Eremod. tb. 11. Hinc quan-
 do a majore & præcipua Collegiarum parte perpetrantur
 Crimina, a toto Collegio facta videntur, *Cran.*
in dict. Disp. tb. 65. in fin. Ubi æquitas suadet, pœnæ
 delictis commensurentur; ita levia, non dissoluto cor-
 pore, Collegas saltem mulctat; gravia vero jus coe-
 undi eripiunt & beneficia ac privilegia omnium adimunt,
Ord. Polit. Sax. 1661. tit. XXIII. Cap. 8. §. als
thun zc. ib. Und da sich einer und der andere die-
 sen unsera Gebotthen zu entgegen eines widrigen ge-
 lüsten lieffe, denselben, andern zum Abscheu, mit
 Geld-Bussen, Gefängnis, und wohl Niederlegen
 des Handwerks, und da es ganze Handwercke wa-
 ren, mit Einziehung ihrer Zünfte und andern un-
 abläßigen Straffen belegen soll, uti non ita pridem

Lipsiæ

Lipsiæ factum fuisse commemoramus. Sed antequam ad privationem perveniatur, laborandum est prius; an Collegia ad Sanitatem reduci possint; Verum hoc si effici non poterit, destruantur demum ea, quæ modo dicebantur Collegia. *arg. l. 21. ff. quibus mod. usus fr. Gail. lib. 2. obs. 61. n. 4.*

Thef. II.

Dissoluto itaque universaliter Collegio, ad quem facultates seu bona spectent? hic non est prætereundum; ubi videndum est, an Collegia *extinguantur* ex delicto nimis *per se*, an vero dissolutio membrorum interitu & unanimi consensu contingat; illo casu, bona a fisco vindicantur. *l. 1. ff. de bonis damnat. l. 1. ff. de jure fisci. Bart. ad l. 1. ff. de Colleg.* Hoc casu, aliquando ad Magistratum, aliquando ad Membra Collegii bona superstita spectant. Collegis quidem obveniunt, quando ex contributione Collegar. bona cæperunt esse communia; Tunc enim divisio illorum fiat inter Collegas eorumque Heredes, pro rata portione, quam unusquisque contulit, *l. 3. in pr. ff. de Colleg.* E contrario a Magistratibus vindicantur, si res quædam Collegio legata aut donata gestiffite Güther fuerunt *l. 20. ff. de reb. dub. Carpz. part. 3. Const. 16. Def. 7. Brun. ad d. l. 3. de Colleg. n. 1.* Quæ bona tamen a Magistratibus vi Jurisdictionis occupata, non in suos aut singulos usus, vel ad profanas commoditates, sed ad similia opificum Collegia convertere ex aequitate obligatur, *Besold. d. Jure Coll. tb. 7. Cap. 2. Cran. d. l. tb. 63.* viceversa, quamdiu Collegium in suo vigore permanet, quod toti

Collegio debetur, non debetur singulis de Collegio,
sed corpori universo l. 7. §. 1. ff. quod cuj. univers. *Cran.*
d. l. tb. 64.

Tbes. LII.

Ex parte dissolvuntur Collegia, si unus recedat.
l. 1. §. 2. ff. de Colleg. aut ejiciantur ex causis sat præ-
gnantibus, *Kirchn. d. Reipubl. tb. 2. lit. C.* puta; si con-
tra statuta, ut ira dicam, fundamentalia, in quorum
verba juravit aut saltem servare promisit, peccaverit.
l. 7. §. aut Prator. ff. d. Pact. *Bodinus d. Reipubl. l. 3. cap. 7.*
n. 334. quod in tantum verum est, ut nec penitenti-
re non amplius integra in pristinum statum restituat-
ur, *Card. Tbusch. Cond. 289.* Sicuti quoque Collegium
semel universaliter extinctum sine venia superioris,
restitutionem haud recipiet. *Mez. part. 4. Dec. 378.*
Brunn. ad l. 1. ff. quod cuj. univers. n. 3. Secus est, qui
non amplius opificium exercet, hoc enim casu, si se
Collegio non abdicaverit in Collegio permanere, cer-
tum est. *Tbusch. d. l. Concl. 519.* Quamvis alii decisum
consuetudini & moribus opificum relinquunt, ut supra
diximus, *junge Rudingerum Cent. 2. obs. 92. in Pr.* aliud
Exemplum suppeditat *Beatus in Cons. Crim. part. 4.*
cap. 12. Præterea Discipuli sæpissime ex injustissimis
postulationibus Magistris suis se opponunt & labores
sibi demandatos negligunt, Sie stehen in dem Hand-
werk auf, und begehren ihren Meistern, wenn ih-
nen nicht gewillfahret wird, nicht zu arbeiten. Hoc
loco crudelius videretur omnes statim plecti, proinde
consultius est, Duces potius & factionis capita seu An-
tesigna-

tesignanos carcere vel alio modo coercere *Ord. Polit. Saxon. Tit. XXI. §. 8.* ad hoc, ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat, *Plutarch. l. 12. d. LL.* Reliqui vero saltem ad obedientiam Magistris suis præstandam serio admonentur, qui si in Contumacia perseverent, pœnis debitis ad id coercentur, *d. t. 21. §. 8.*

Tbes. LIII.

Ultimo occurrunt Affinia, quæ cætera omnia Collegia, Societates & conjunctiones esse possunt, sed nolo propter temporis angustiam hic latius divagari, atque ita filum abrumpo. Si qua vero in re erravero, aut ad Scopum minus collimavero, de quo nullus plane dubito, a Benevolo Lectore veniam peto, qua, ut confido, impetrata, Disputationi meæ impono.

FINEM

COROL-

COROLLARIA:

I.

Ususfructus cedendo extraneo in totum extinguitur.

II.

Quasi ususfructus tam inter vivos quam ultima voluntate recte constituitur.

III.

Merces in locatione necessario consistere debet in pecunia numerata.

IV.

In verbis conjunctis jus accrescendi locum habet.

V.

Proprie non datur dominium utile.

VI.

Vestimentorum ususfructus est verus ususfructus.





750



Leipzig, Diss., 1680
X 2373073

1077







DISSERTATIO JURIDICA

1680, 12^c

DE

15
—

COLLEGIIS OPIIFICUM

Von

Sünfften der Handwercks-*Leute*.

QVAM

SVB PRAESIDE

DOMINO

FRIDERICO PHILIPPO

LIPS. J. U. D.

IN ACADEMIA LIPSIENSI

PVBLCO ERVDITORVM DISQVISIONI

SVBJICIT

WOLFG. ABRAMVS SCHILLING

GRÜNBERGA MISN. N. P. C.

D. IX. SEPTEBR. A. O. R. MDCLXXX

VITEMBERGAE.

RECUSA ANNO clō Icccxxxiv.

6

